

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

## **Nicolai Alardi, Pastoris Steinbeccensis, Bibliotheca Harmonico-Biblica**

**Alard, Nicolaus**

**Hamburgi, MDCCXXV**

**VD18 10490701**

Caput I. De Conciliatoribus librorum Veteris Testamenti.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17504**

## Sectio III.

De

## SCRIPTORIBUS HARMONICIS SINGULARIBUS.

## CAPUT I.

*De Conciliatoribus librorum Veteris Testamenti.*

**H**agii Corii, Mediolanens. Cler. Regul. Barnabitæ, Concordantiæ morales locorum pugnantium, tam veteris quam novi Testamenti. (Pentateuchi duntaxat) II. Vol. in fol. Mediolan. 1653--1681. Hic à *Philippo Picinello* in Athenæo Mediolanensi, ubi vita ejus describitur Italice p. 6. 7. vocatur prænomine *Aimus*, & à *Kœnigio Haymo*. Nec video, quomodo ex Italico *Aimo* formari possit *Hagius*. Concordantiarum illarum Tom. I. prodiit 1653. II. 1655. III. 1657. IV. 1659. Annum Tomi V. non inveni. Non crediderim tamen, esse annum 1681. quem *le Longius* tanquam ultimum affert. Nam *Picinellus*, cujus liber 1670. prodiit, tomos quinque tanquam tum jam editos memorat.

*Antonii de Escobar & Mendoca*, Hispani, Jesuitæ, Commentarius Biblicus in vetus & novum Testamentum, cui inter varia Præloquia singulare

lare est præmissum de Antilogiis Pentateuchi, in ordine tertium. 9. Vol. in fol. Lugduni 1667.

*Jo. Mettingeri* Conciliationes locorum in Pentateucho specietenus pugnantium P. I. Lauingæ 1601. 8.

*Jo. Pontasii*, Normanni, Diœcesis Abrincensis Presbyteri, Scriptura sacra semper sibi constans, seu difficiliores S. Scripturæ loci, in speciem secum pugnantes, juxta SS. Patrum, celeberrimorumque Theologorum sententiam conciliati. Tom. I. complectens Pentateuchum. 4. Paris. 1698. Vid. *Act. Erud. Lips.* Anni 1700. pag. 18.

*Henr. Gieseberti* Deuteronomium Harmonicum. 4. Hamburgi 1677.

*Henr. Bened. Starckii* notæ selectæ in loca dubia Pentateuchi, Josuæ, Judicum, Samuel, Regum, Chronicorum, Esræ & Nehemiæ. 4. Lips. 1714.

*Ejusd.* Notæ selectæ in loca dubia Psalmodum, Proverbiorum, Ecclesiastæ & Cantici, 4. ibid. 1717.

*Ejusd.* Notæ selectæ in dubia ac difficiliora Prophetarum loca, Lips. 1723. 4.

*Jo. Bapt. le Brun*, des Marelles, Galli, Concordia librorum Regum & Paralipomenon, complectens historiam Regum Israel & Juda, (absque nomine Auctoris) 4. Paris. 1691.

*Jac. Fabri*, Galli, Theol. Doct. Paris. Psalterium conciliatum & expositio in idem. *Ejusd.* Psal.

Pfalterium quintuplex in fol. Paris. 1509. 1513.  
Cadomi 1515.

*Rob. Allen*, Angli, Concordantiæ Proverbiorum Salomonis cum sententiis libri Ecclesiastæ. Anglice 4. Londini 1612.

*Sixti Senensis*, Itali, Dominicani, in quatuor Proverbiorum, Ecclesiastis, Sapientiæ & Ecclesiastici Volumina Sophias Monotessaron, hoc est, Sapientiæ unius ex quatuor liber I. Ipse meminit lib. 4. Bibl. sanctæ. Le Long. B. S.

*Nic. Toinard*, Galli, Harmonia libri utriusque Machabæorum, jam pridem typis edita, sed nondum publici juris facta. Cardin. *Norisius* de Epochis Syro-Macedonum. Dissert. 2. Cap. I.

## CAPUT II.

### *De Conciliatoribus librorum Novi Testamenti.*

I. **H**armoniæ Evangelicæ Scriptorum nunc erit præ aliis ratio habenda. Nullus equidem dubito, quin Iliadem post Homerum conscribere videar, postquam *Celeb. D. Jo. Alb. Fabricius* Catalogum ejusmodi uberrimum Biblioth. Gr. lib. IV. Cap. V. 212. sq. cum orbe erudito communicavit. Verum enim vero, cum liber hic eruditissimus non sit in omnium manibus, neque tituli integri Harmoniarum Evangelicarum semper sint adducti, neque Historia litteraria propter delitescentes subsequentesque Auctores unquam futura sit omnibus numeris ab-